Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

regine et concubine laudaverunt
eam. Quas superius adolescentu-
las hic filias appellat. Reginas
vero et concubinas aliis loco ut su-
perius intelligamus. Filie vero regi-
ne et concubine predicaverunt etiam
et laudaverunt eam. quia universitas
fidelium katholicam adiunctam (vel amplectitur vel admiratur)
etiam. Ipsa enim est etiam que ex
multis fidelium constans personis
katholica id est universalis eam etiam
constituit. (constituit vel constit) Que est ista que progre-
ditur quasi aurora consurgens
vox synagoge est in fine qui conce-
ssa cum plebis iudaica ad predi-
cationem helye et enoch conversa
fuerit ad dominum. Ipsa et admira
bitur etiam dicens. que est ista
id est quanta et qualis etiam est que pro-
greditur. hoc est proficit de virtute in vir-
tutem. Non enim stare sed progredi di-
citur etiam. quia non uno loco contecta
est sed totum mundum celesti predicatione
occupavit. Quasi aurora pro-
greditur. quia transactis tenebris
infidelitatis lumen veritatis her-
se ostendit. Pulchra ut luna.
Luna fit in physica a sole illuminari
Et ecce pulchra est ut luna etiam
quia claritate sponsi sui christi
illuminatur et eius gratia resplen-
det. Sive pulchra est ut luna in
presenti vita. ubi aliquando concessa
pace et securitate crescit,
aliquando adversitatibus oblita decrescit.

Electa ut sol. In alia vita ubi
perpetuo resplendebit gaudio de
visione conditoris sui. Sive e-
lecta est ut sol. quia verum illum
solem imitari nititur. de quo
scriptum est. Vobis timentibus nomen
meum orietur sol iustitie. Hunc
solem imitatur vivendo in omni
humilitate et iustitia et pietate.
Terribilis ut castrorum acies
ordinata. Terribilis est aereis
potestatibus ordinata ut acies
castrorum id est caritatis unitate munita
ita ut nullis temptationibus pene-
trari valeat. Descendi in
hortum nucum. Laudata etiam a
synagoga respondit. Descendi in
ortum nucum. Ortus nucum vita
est presens. nam sicut in nuce tegmen
quoddam durissimum videtur et nu-
cleus latet. ita in presenti vita
mentes contecte clause sunt et non
apparent. donec fracta testa
corporis manifestentur. Descen-
dit quoque etiam ad ortum nucum. quando
per doctores suos vitam singulo-
rum considerat. Unde sequitur.
Ut viderem poma convallium. (poma vero)
sunt virtutes que humilitate condi-
untur. Descendi igitur ad ortum ut vi-
derem poma convallium id est ut conside-
rarem sanctos quomodo excellentia vir-
tutum proficere et germinassent mala
punica. hoc est ut eos quoque perspi-
cerem qui apti sunt ad imitanda #

pomos sed humilitate despectos et inspicerem
si floruisset vinea. hoc est ut considerarem quis
studio sancte scripture vel virtutum proficerent et